



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Non tamen more hominum dissimulari à Deo hominum auaritiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

70 Cap. VI. Diuitiarum cupiditate diuitias ex Deipane amitti.

est, qui sibi aduersari non sunt. Qui ergo opibus, quas à Superis ha-

Plutarch. in  
Syll.

bent, Superos offendunt, digni utique sunt, ut exhaeredentur. L. Sylla, victo ad Chæroneam Archelao Mithridatis duce, The-

Idem in Po-  
plicula.

banos, qui cum Mithridate fecerant, dimidio agri multauit. Et

Alex. I, 3 c 23.

passim Romæ, qui pro criminibus grauioribus suppicio cense-  
bantur afficiendi, illorum quoque bona, ob criminis detestatione, publicata fuerunt. Sic domini supplicium, bonorum publicatio

sequebatur. Vnde, Tarquinio rege electo, ager, qui Tarquiniorum

quondam fuerat, Marti dicatus, *Campus Martius* dictus est. C. Cassij domus, cui ob affectati regni crimen dies perduellionis di-

Plutarch. in  
Cicer.

ceta fuit, euersa, area ante Telluris ædem facta est. Domus præte-  
rea M. Manlij Capitolini, quæ quondam in arce fuerat, qui suspi-

cione regni poenas dedit de saxo deiectus, ædes atque officina. Moneta fuit. Cum Marcellus quidam nequam & criminofus, qui

in ganea & lustris vitam egerat, propter latrocinia fordesque vi-  
tae, capitali suppicio poenas dedisset, bonis publicatis, in ipsius do-

Prob. in The-  
mistoce,

mon rentur locum extractum ferunt. P. Clodius Tribunus plebis Ci-  
ceroni in voluntarium exilium fugienti aqua & igni interdixit,

eoque exterminato, villas eius incendit, domum incremavit, &  
area ædem Libertatis inadificauit, reliqua bona hasta subiecit,

quæ quotidie proclamauit. Themistoclem, ut suprà memini, cum  
in adolescentia minus probatis moribus esset, proprij parentes ex-  
hæredarunt. Hochomines faciunt: hoc faciunt parentes: quia

& domini, qui ignavis seruis, & duces, qui militibus fugitiis sti-  
pendium subducunt. Et Deus parcat, cum videt eos, quos omnibus

bonis circumuallauit, tam improbos & ingratos, iniustitiaq;  
plenos? immò ipsis bonis in malum abutentes?

V.

Apud mortales sanè opulentii, licet maximè rei, plerumq; euad-

S. Chrys. in  
ep. ad Hebr.  
ferm. 2.

dunt, vel quia iudices pecunia corrupti, vel quia terret authorita-

Prou. 13. 21.

tas; & certè, si possibile esset in diuities vindicta procedere, videres ex eis

repleri carceres uniuersos, ait S. Chrysostomus, sed cum omnibus ma-

lis suis hoc malum habent diuitiae, quod in malignitate peccantes ab ul-

tationibus erunt. Apud omnipotentem autem iudicem, quem nihil

latet, nihil terret, nulli diuities effugiunt penā quam meruerunt.

Peccatores persequitur malum: & justis retribuentur bona. Bonus re-

linquit

linquit heredes filios, & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris. Sic diuina æquitate Ægyptiorum diuinitæ translatae, diuque per Ægyptios iniquissimè pressis datae sunt Israelitis: ac paulò antè ijsdem Ægyptijs magnæ clades illatae sunt, & percusserunt grando in omni terra Ægypti cuncta, quæ fuerunt in agris, ab homine usque ad instrumentum: cunctamq; herbam agri percusserunt grando, & omne lignum regionis confregit. Quod & per locustas & per alias plagas fecit. In novo quoque Testamento permisit Christus dæmonibus intrare in gregem porcorum, & ecce impetu abiit totus gressus per præcepis in mare, & mortui sunt in aquis. Ecce dator bonorum permisit hominū hosti ut tantum damnum inferret, gregem totum uno impetu perditum iret. Quid ita? Quia, ut ait Iansenius, Geraseni erant Israëlitæ, quibus lege prohibitum erat, carnes porcinas manducare; quare contra legem suam, & Dei voluntatem, gregem porcorum alebant. In iustam igitur possessionem iuste dissipauit. Filio quoque prodigo, nonnè profuit, quia cœpit egero? Idcirco enim in se reuersus, dixit: *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam, & ibo ad patrem meum.* Quàm multi redeunt ad Deum, cùm paupertatē sentiunt? Quàm multi, qui ante delicijs abundant, neque ante, neq; post prandia, aut coenas dignati sunt benedictionem à Deo exorare, aut ei gratias agere? spoliati autem quanto nunc affectu dicunt: *Panem nostrum supersubstantialem, seu quotidianum, da nobis hodie?*

Exod. 9, 25.

Matth. 8, 32.

Luc. 15, 14.

VI.

Et quoniam diuites, cùm se satis habere existiment, non admodum frequenter aut feruide orant: *Panem nostrum quotidianum, da nobis hodie;* illud saltem prouidit Deus, ut pauperes, qui ab illis stipem accipiunt, pro illis orent. Quia verò saepe contrarium accidit, ut non pauperes à diuitibus, sed diuites à pauperibus accipiant, siue per vim, siue per fraudem; mutatur quoque genus orandi, & pro benedictione maledictio à Deo petitur, & impetratur. Audit enim clamores pauperum Deus; & voces lamentantium nubes ac cælum penetrant. Hac de causa eversum est olim à barbaris Romanum Imperium, tunc nimirum, quando in capite delictorum fuit avaritia. Ea scilicet erant vota, ex preces egenorum; quod Saluianus testatur. *Iam verò illud, inquit, cuiusmodi, Saluian, l. 7,* aut quàm grane; genere quidem dispar, sed iniuitate non dispar: nisi p. 72, forte